
Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 10 [heute: New York, The Library of the New York Academy of Medicine, Nr. 10]

, 11.



Cod. X. ii 10

Avicenæ lib II. et III. Canonis medicinæ.

Codex X. deest

Membran. Fol. maj. Sæc. 14. 1. i. 10

Constat 89 foliis, subinde laceris, mucidis, Sæc. 14to sed non ab una manu Scriptis; in margine multa adnotationes. Continet Librum 2dum et 3tium Canonis Avicenæ, utrumque autem mutilatum: juxta versionem latinam Gerardi Cremonensis. Initium libri secundi est: "Liber Canonis Secundus. Verba principis Abuali. Horum "librorum, quos de medicina specificavimus, primus "est de judiciis universalibus in medicina." Post hanc profationem sequitur: "Tractatus primus de "complexionibus medicinarum singularium", capitibus sex. Tractatus secundus continet prosationiunculam lib. vali, 12 areolas, et juxta numeros marginales 726 species ad rem medicam pertinentes; ubi autem notandum, in hoc tractatu folia alia deesse, alia turbato ordine esse compacta.


Folio 40mo incipit Liber Canonis tertius his verbis. "Dictio prima de universis egritudinibus capitis ter. "tii libri Canonis in medicina. Capitulum de utili "tate capitis et partibus ejus. Inquit Galienus. In. "tentio in creando caput non est cerebrum." Et hic "Liber progreditur ad tractatus tertii capitulum 1b., "de signis marie universalibus, et specierum ipsius "signis", ubi in hæc verba finitur: "postea cum "iteratur super eum, non est." Cæterum contuli codicem nostrum cum canone avicenne Venetiis per Luc. Ant. Juntam 1527. impresso, illique, exceptis mutilatis adeo conformem inveni, ut de uno eodem translatore, Gerardo Cremonensi dubium nullum supersit.

De Avicenæ vid. Fabr. Biblioth. græc. vol. 13. l. 6. c. 9. pag. 268. item. Lindenius renovatus. pag. 99. edi tionem cit. Avicenæ in prologo.

Gerardum Cremonensem, medicorum sui temporis facile principem, post multas inter eruditos de patria illius disceptationes Cl. Muratorius Italicæ rescitu ere non inani labore eruisse est Antiq. Ital. T. 2. p. 997. allatoque P. Francisci Pipini in Chronico, vulgato Ler. Ital. Tom. 9. pag. 600 testimonio rem confecit. Pipinus enim iste, qui ad circiter 1315 florebat, ita ejus patriam evulgavit, ut omnem ademerit ambiguitatem, scribens: "Gerardus Lombardus natione "Cremonensis anno 1187. vita defungitur, septuaginta "tres annos natus habens ech. Inter opera, quæ trans "tulit, habentur in arte tam physica, quam alia "rum facultatum libri septuaginta sex, inter quos "Avicenæ, et Almagesti Ptolemæi translatio solemnis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 10 [heute: New York, The Library of the New York Academy of Medicine, Nr. 10]

, 12.



„habetur. Sepultus est Cremona in monasterio S. Lu„cia, ubi suorum librorum Bibliothecam reliquit." Vide etiam Arisii crem. litter. T. II. p. 269. T. 3. p. 81.

Codex XI.

J. i. ii.

Membran. Fol. Saec. 13. v. 14.

S. Thom. Aquin. p. I Sum. Theol.

Folia numerat 202. hinc inde lacera et muci da, litt. initial. variег. Continet I Partem Sumæ Theolog. S. Thomæ Aquinatis. Primo legitur: „Quæstio de necessitate doctrinæ"; deinde: „Incipit „Suma de Theologia edita a fratre T. de aquino „ord. pdic. liber pmg t qrs". Prologus incipit: „Quia „catholicæ veritatis doctor". Ad calcem codicis, cui non nulla adnotationes adjecta, legitur: „Explicit liber „primus Sumæ fratris Thomae de aquino ordinis prædicatorum magistri in Theologia". Dein sequitur tabula ijg quæstionum. In fine operis, ante et post tabulam nomen Fratris rubro scriptum, manus posterior delevit, et nigro atramento nomen Sancti adposuit. An non liceat conjicere, codicem nostrum ante annum Canonisationis 1323. esse exaratum?

De S. Thoma Aquinate vid. Quetif, Script. ord. Prod. T. I. p. 271.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 10 [heute: New York, The Library of the New York Academy of

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27387